



Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisvrgensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Donatio Ecclesiae in Mulhaim.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

Donatio Ecclesiae in Mulhaim.

NOS Albertus de Hals. Vniuersis præsentem litteram inspecturis vel audiaturis, salutem in Domino. Acta mortalium procedente tempore obliuionis incurrent detrimentum, nisi subueniretur ei studio litterarum. Hinc est quod nos Ecclesiam nostram in *Mulheim* sitam, quam Dominus Albertus dictus *Vz* à parte nostro & à nobis in beneficio habet pro vita sua tempore possidendam, ipso Alberto viam vniuersa carnis ingrediente, tradidimus in proprietatem fratribus in *Osterhouen*, perpetuo possidendam super præmissis præsentem litteram præfatis fratribus assignantes. Datum anno Domini M. CC. LIX. III. Kalend. Decembris, Indictione III. coram his testibus subternotatis *Chunr.* de *Horbach*, *Chunradus de Pretz*, *Ze Hartlibo* & *Almanno de Wintzer*, *Fridericus de Einzchouen*, *Alberto Oeder*, *Alberto de Furt*, *Ottone Rege*, *Chunr.* & *Leupoldo de Eckharting*, *Ortolfo de Weng*, *Friderico de Walchsing*, *Dietrico de Willing*, & aliis quam pluribus testibus idoneis.

Remedium Domini de Hals.

NOS Albertus dictus de Hals, tām præsentibus quam futuris præsens scriptum inspecturis vel audituris salutem in Domino. Quia propter infirmam hominum memoriam, rite & bene determinata in obliuionem veniunt, & sic quandoque litigiosa sunt, vel totaliter pereunt, ne id in præsenti negotio eueniat placuit ipsam litteram apicibus perpetua memoria commendare. Hinc est quod nos ad memoriam reducentes Ecclesiam *Osterhouensem* iure ad uocatæ nobis attinentem tum per nos, tum pie memoria patrem nostrum *Alramum de Hals*, indebitis exactionibus damnificatam; tandem super hoc diuino timore & amore concepto, aliquantam dictæ Ecclesie cupientes facere satisfactionem, ob præfati damni restorationem, & perpetua à Domino mercidis remunerationem, consilio honestorum virorum habitu viris religiosis insepe dicta Ecclesia *Osterhouense* Deo militantibus tradimus Capellam nostram in *Mulhaim* sitam cū dotib. eidem Capelle attinentibus, scilicet in *Mulhaim* Hubam, in *Wissen* Hubam, in *Winchlora* dimidiā Hubam, in *Walchsing* feodum, quinquaginta soluens denarios super principale S. *Margareta* virginis alta-re solemniter delegantes. Ratum habentes ut si nos contigerit imposterum, vel vxorem nostram ibid. residere eandem Capellam tantummodo a sacerdote qui fuerit de eorundem consortio inuestiri. Ut autem talis nostra collatio perpetuam habeat firmitatem, præsentem paginam prædictis fratribus sigilli nostri munimine assignauimus roboratam. Hulus rei testib. existentib. & subnotatis, Dn. *Chunrado* nobili de *Horbach*, *Alberone dicto Waller*, *Hartlibo* & *Almanno* fratribus de *Wintzer*, *Hein. Anchouer*, *Ottone Rege*, *Alberto de Furt*, *Raperto de Pendorf*, *Chunr.* & *Leupoldo de Eckharting*, *Ortolfo de Weng*, *Friderico de Emtzchouen*, *Alberto Oeder*, *Ottone de Lauterbach*, *Heluvico de Furt*, *Friderico Rabner*, *Ottone Tuscel*, *Eberhardo* fratre suo, *Heinrico de Gainhartstorff*, *Leutoldo de Heft*, *Dietrico de Willing*, *Bernardo de Pirndorff*, *Tyrolfo Osterhouen*, coquinario, *Alberto* & *Friderico de Ramuels* & aliis quam pluribus. Acta sunt hæc ann. Domini M. CC. LXII. V. Idus Augusti, Indictione quinta.

Decisio litis in Curia Amelstorff.

CVM ea quæ à mortalib. aguntur memoria ipsorum frequenter elaboratur necesse est scripturarum testimonio commendare. Nos igitur *Alberto de Hals* p. presēs scriptum